



CASPARI BAVHINI

DE COMPOSITIONE  
MEDICAMENTORVM

*Inuocato Hygie & Panacea Parente*

PROEMIVM.

**M**EDICINAE partes ab auctore Introductorii a seu Medici ( siue Gale-<sup>a Cap.7.</sup> nus sit, siue Herophilus) quinque recensentur, φυσιολογική, αιτιολογική seu παθολογική, υγιεινή, σημειωτική η θεραπευτική, quas Auicenna b ad Theoricam & Practicam reduxit. Et b in cant. Theoricam ex tribus rebus perfici & compleri di-<sup>sui par.1.</sup> xit: Vnde vulgata recentiorum totius medicinae <sup>tract.1.tex.2.</sup> in tres partes distinctio: In res naturales septem, Non naturales sex, & præter naturam tres, Textu enim 3. *Ex rebus, inquit, sunt septem naturales,* ( hæc φυσιολογική est) & *ex eis sunt sex omnino necessariae.* ( has Auerr. c non naturales vocat) *Adbuc sunt* ( subiun-<sup>c in Comro.</sup> git Auic. text. 4.) *alia tres, scil. Morbi, Causæ & Accidētia.* Hæ ab Auerroë res extra naturam, à Ferrelio contra naturam, vulgo præter naturam dicuntur: Huc παθολογική, υγιεινή & σημειωτική pertinent. Practicam Auicen. d in duas species diuisit, qua-<sup>d text.5.</sup> rum

A rum